46

1511. d. 2. Aprilis.

Sigismundus I. Rex Poloniae Joanni Wilczek Archi Eppo Leopoliens.

Rme &c. Informati sumus, quod Popones Ruthenos suscipiendorum ordinum ut ipsi putant, Sacros causa soleant conferre se in Valachiam et alias exteras Partes et plerumque de rebus et statu Rni apud hostes disserere, positionemque Rni prodere. Cum itaque istud non sine periculo Rni fiat, expedit, ut provideatur, Ne hi Popones alibi suscipiant ordines suorum Sacrorum, quam apud Vladicas Regnum incolentes, quamobrem hortamur Vram Ptem, provideat omnibus in Sua Diecesi, quod extra Regnum ad Suscipiendos ordines non evagentur sub privatione ordinum et Capitis. Praeterea supplicanti huic Vladicae Helmensi Rudae Ptas Vra concedat, ut ipse tanquam Minister istos Popones Diecesis Vrae Ptis et non alios ordinet. Factura &c. Datum Cracoviae 2. aprilis, ao 1511.

Ecclesiastica Ruthenica